

berg  
7  
96



*L718*  
*N*  
D. SALOMO CONSTANTINVS  
T I T I V S

ANATOM. ET BOTAN. PROFESS. PVBL. ORDINARIVS  
COLLEGII MEDICORVM WITTEBERGENSIS

H. T.

D E C A N V S

AD

A C T V M I N A V G V R A L E M

A

F R I D E R I C O A V G V S T O K L V N C K E R ,

L V S A T O ,

A. D. 22 M A R T I I 1796

H. L. Q. C.

H A B E N D V M

P V B L I C E I N V I T A T .

---

Quomodo concretiones biliosas per aluum pellere  
conueniat, exemplo illustratur.

S E C T . III.

*tq*

D SYLVO M CONSTANTIUS  
TITIUS

SYLVESTER TITIUS MOTAMA  
COLLEGIUS MEDICOYANUS MITTATISSIMUS

DECANAS

ACADEMIA VAGARIAE

ACADEMIA AVANTO ET AVANTIA

COLLEGIA

DETINENTIA SCIENTIA

SCOLASTICAE

MUSICA FAN

ARTES LIBERALES

COLLEGIA AVANTO ET AVANTIA  
ACADEMIA VAGARIAE

DETINENTIA SCIENTIA

simisq; in sinuoso & curvo canali endoipso, retroflexi menses ut  
in adhuc obliteratae morbisq; in corporalibus suis. A de-  
cussione aperte colliguntur, non oblique, ut corporalibus suis suis  
obligatoe sunt. Anatomorum ambo in manu, in eis illi, est breviter  
edwra anatomica de multis autem corporalibus utrumque uniusq; pars

**M**edicinae emeticae in concretionibus biliosis per alum pellendis  
virtutes, in secunda huius argumenti prolufione, ante paucos menses  
expositas, nono quidem confirmaremus exemplo, si morbi natura cer-  
tius magis, quam probabilius per symptomata fuisse eruta. Mulier  
enim mediae aetatis, plures iam periodice per annorum interualla,  
ictero vexata, denudo hoc morbo, subitoque corripitur; spasmis, do-  
lores ad cordis scrobiculum, nausea, vomititiones accedunt. Ant-  
ispasmodicis parum leuantur haec symptomata, sed emeticum dolo-  
res, tensionemque minuit, et repetitum tandem icterum omnem vin-  
cit. Mulier in feces albinas per negligentiam, minus attenta, de ye-  
ro morbo, quin de calculorum biliariorum praesentia, nos dubios  
reliquit.

Ipse alii enauacut per laxantia, mitiora fortiora, egregie  
morio calculoso succurrat. Vomitoris quidem, vel tubus, intestinalis  
mechanice concutitur, vel particulis medicinae suctum delatis, cana-  
lis intestinalis ad enauacutionem non raro follicitatur, vt calculi bi-  
liarii, hepatis, eiusque ductum, commotione liberati atque antror-  
sum acti, facillime per intestinum rectum expellantur. Itaque ex  
emeticiis, licet hunc effectum saepissime consequamur, in iis tamen  
haud subsistendum, sed alia medicina, alum praincipue enauante,  
in subsidium aduocanda est, ad quam natura nos ducere per diar-  
hoeam illam spontaneam videtur, quae calculorum per ductum cho-  
lodorum communem transitum subsequitur. Bilis enim, quae, quo-  
minus ex ductu communi in duodenum transeat, impeditur, in cy-  
stide, vel in biliaris canalibus accumulata fuit, sublato impedimento,

in canalem intestinorum, copiosius nunc afflit, accidente in primis  
emefi, qua bilis secretio, per hepatis cum ventriculo coniunctionem,  
musculorumque abdominalium compressionem, augetur, atque irri-  
tatione hac, alii fluxus mirum in modum promouetur. Hinc magno  
cum fructu, posteaquam emeticum prius datum est, decurrente morbo  
laxantia subiunguntur. Accedunt et aliae caussae, quae efficiunt, ut hoc  
medicinae genus necessarium sit. In morbo calculoso, digestio inpri-  
mis atque chylificatio laborant, in canali intestinorum, quando irrita-  
tionem naturali desituitur, cruditates accumulantur, quae, cum aridae,  
durae et exsiccatae euadunt, sollicitè educendae sunt. Sublati vero  
ventris oblitigationibus, impedimenta simul e medio tolluntur, quae  
calculorum ex ductu cholodocho discessum difficilem reddiderant.  
Stimulo autem, quo intestinum duodenum euacuant pungunt, ipse  
motus in ductu communi augetur, atque descensus calculorum, re-  
centium praecipue atque fluitantium, facilis succedit et pronus.  
Haec mihi caufsa est; unde, quae mulier aegrota, sumis laxantibus,  
obliviosa mihi dedit phaenomena, explicari possunt; ita, ut felicem  
mali exitum huic medicamentorum generi magnopere tribuam, eo-  
demque vomitorii effectum egregie adiutum exilimem. Itaque me-  
dicamina euacuantia, quae stimulando fortius agunt, atque mucum  
spissiorem et tenaciorem, quasi incident, in hoc morbo optima in-  
ueni; quemadmodum potionē laxativa ex foliis Sennae, radice rha-  
barbari et sale quoddam medio, vitriolate inprimis, finem plerumque  
exoptatum affecutus sum. Namque calculi maiores, cum per alium  
abducuntur, minutū fecibus liquidioribus inhaerebant; quapropter  
repetita vice vſus hoc medicamento sum, donec et morbi sympto-  
mata cederent, et calculi tam duriores, quam molliores non am-  
plius abirent. Eo enim, quo mulier conualuerat tempore, insultus  
cōlici, atque digestionis languoris phaenomena subinde redierunt;  
ex bile forte spissiore aut crassiore, deducendi, quos cito et tuto,  
aliquot dierum intervallo, medicinae purgantis ope penitus vici.

Multum

Multum quoque auxilii in hoc morbo leniendo ab chirurgi manu et medicina externa, iure expectare licet; quo tamen in praefenti caſu haud opus fuit. Quem in censum illae deferendae auxiliorum species ſunt, quibus ſpasmus emolliendo atque relaxando tollitur, cutis externa relaxatur, canales dilatantur atque aperiuntur; videlicet cataplasma emollientia, emplastrum reſoluentia, inunctiones linimento volatili, balnea, in primis femicupia, clyſteres, ſcarificationes ſiccae, quin veſicatoria a variis dudum laudata atque in yſu collocata. Sed ad illuſtrandum praefentis morbi historiam cum parum faciant, ab ylteriore eorundem explicatione lubenter abſtineo.

Plerumque tamen et pellendis calculis impares ſumus, et timori, ne morbus forte redeat, occurrentum eſt; hinc de foluendis iisdem ſollicite nobis eſt cogitandum. Varia in hunc ſinem laudata ſunt medicamenta foluentia, de quorum yſu nil certi in vniuerſum ſtatui potest. Laudarunt foluentia potentiora, chemica, alcalina atque acida, cineres clauellatos, fodam, aquam calcis, fluida ſpirituaſa, quaे vero omnia partim certa haud nituntur experientia, partim nimis fortiter agere illa, iam a priori intelligi potest. **VALISNIERI** (*Difſert. de Choleliſt. §. 6.*) ex alcoholiſ cum oleo terebinthinae coniubio remedium habuiffe, arbitratus eſt, cuius virtutes in hoc malo egregiae eſſent. At vero efficacia illius pauciflumis probata eſt exemplis, licet **PERCIVAL** (*Effais Vol. II. S. 232. ff. Samml. für pract. Aerzte B. II. S. 95. f.*) idem laudauerit. **DVRANDVS**, Medicus Lugdunensis, effectus longe tutiores, fortioresque ex naphthae vitrioli, terebinthinae oleo miſtae, ſua doctus experientia, vidit. Venit autem primum A. 1774. (*Histoire de la Société de Medéc. Tom. II. p. 193. ff. Samml. für pract. Aerzte B. VI. S. 183 f.*) et rurſus A. 1790 singulari libro (*Beeobachtungen über die Wirkung der Mischung vom Schwefeläther und dem flüchtigen Terpenthinöl bey Leberschmerzen, die von Gallenſteinen entſehen, aus dem Franz. des*

DURANDE, Helmst. 1791. 8.) hoc auxilium, quod cum ego quoque experirer, prout mihi cesserit, iam quaedam lubet addere. Vtrumque pharmacon, et naphtha vitrioli, et oleum terebinthinae, soluendis calculis biliaris, extra corpus humanum satis respondere intellexi, auctor tamen aetherem oleo terebinthinae magis fixum reddi, atque facilius ad duodenum transferri putat. Vult enim, medicamentum subtilissimum, per intellinorum canalem in vapores abire, atque in ductum cholodochum communem transire; e quo tandem in vesicam felleam transmigret, atque resoluendo, emolliendoque agat. Satis quidem hypothetice haec dicta, praefenti autem, de quo loquor, non satis conuenire morbo videntur. Initio enim medicamentum hoc adhibui, et calculi paullo post per alum pulsi, minime molles, duri potius et compacti, muco inuolati, exibant. Postea vnu illius continuato molles, inter se parum distinctae, pulmentaris quasi materiae, abducebantur, quae calculorum formam, neque colore, neque figura secum trahebant. Ergo spalnum minuendo magis, quam calculum soluendo medicamen in nostra aegrota egisse, admodum probabiliter argumentari licet. Spalno sublato, calculi non tantum integri facilius sequebantur, sed etiam materia rudior, quae calculorum elementa praebet, citius et imperficiens prodiit.

Haec in praefensi lactenus, cum officium nos eo ducat, ut commendemus

VIRVM  
PRAENOBILISSIMVM, DOCTISSIMVM,  
FRIDERICVM AVGVSTVM KLVNCKERVM,  
GROSVERBENAVIA - LVSATVM,  
MEDICINAE CANDIDATVM,  
Quem,

Quem, quo melius noscamus, primum vitae enarrationem, quam Ordini nostro exhibuit, hic integrum inseramus.

**E**go, FRIDERICVS AVGVSTVS KLVNCKER, anno 1762 die 2. Sept.  
natus sum Groslobbenauiae in Lusatia inferiore, patre IOANNE  
ibidem conductore, et matre IOANNA MARGARETHA, e gente LEH-  
MANNIANA. *Vt vero illum praematura iam mihi morte eruptum  
valde lugeo, ita hanc superfitem adhuc inter viuos esse, quam  
maxime laetor. His optimis parentibus summa debo beneficia,  
praecipue vero matri dilectissimae, quae officia patris mortui opti-  
me in se suscepit, meque in religione christiana aequa, ac in pri-  
mis litterarum elementis instruendum curavit. A prima pueritia  
domesticis usus sum praceptoribus, KOEHLERO et THORA; Quo  
vero postea maiora in litteris caperem incrementa, anno 1771  
scholae, quae Luebbenaiae floret, traditus sum, atque ibi fidelis  
institutione, tum publica, tum priuata, Rectorum, GRAVENERTI,  
EVRSCHERI, et MYELLERI, Cantoris, per quinque annos frui mihi  
contigit. Quorum praceptorum optime de me meritorum collatam  
in me operam, grato semper animo recordabor. Cum vero ani-  
mum meum ad chirurgiam faciendam valde propensum esse, sen-  
tirem, ad eam addiscendam, an. 1776 disciplinae Dn. HVBERTI,  
Chirurgi Comitis de LYNDAR dexterimi, me commisi, atque tiroci-  
nio peracto ad manus Dn. GRAHLII, Chirurgi primarii legionis equi-  
stris, leuioris armaturae, Principis ALBERTI, per duos annos fui.  
Quo vero maiores in scientiis, chirurgo maxime necessariis, pro-*

gressus

gressus facere possem, an. 1781. Dresdam adii, ibidemque a Collegio Medico-Chirurgico in numerum discipulorum receptus, praelectionibus b. PITSCHELII in Anatomiam et Physiologiam, Exp. DEMIANI in Pathologiam et Therapiam, b. MEYDERI, in Materia medicam et Luem venereum, Dn. WILDII, Chirurgi Exercitum Saxonorum supremi, in Chirurgiam, maxima cum utilitate interfui, et simul quoque doctrinam de fasciis a Dn. SCHADIO, nunc Chirurgo aulico, et Osteologiam ac Angiologiam a Dn. SCHNEIDERIO, nunc Chirurgo primario legionis pedestris Principis CLEMENTIS, traditam accepi. Vno anno in his audiendis consumto, an. 1782 tentamina a Collegio superato, munere Chirurgi militaris in legione equestri leuis armaturae Principis ALBERTI perfunctus sum; attamen concessione impetrata, per unum adhuc annum Dresdae remansi, easdemque praelectiones iterum audiui; sed praeter has quoque, in dissecandis corporibus examinatis, duce Exp. HAENELIO, tunc temporis Prosectori, vires meas exercui, et ad praecepta theoretica firmando, sub auspiciis Exp. DEMIANI et Dn. WILDI, Protochirurgi, in nosocomio publico Dresdensi, aegrotorum curam habui. Anno 1790, more consueto, ut repetendo scientias meas amplificarem, rursus Dresdam reuocatus sum, atque iisdem iterum usus sum magistris, et insuper quoque Exp. HAENELIVM, Anatomiam et Physiologiam, Exp. TITIVM, Materia medicam, Exp. ANDRE, doctrinam de morbis dentium, tractantem audiui, neque minus quoque in Theatro Anatomico, duce OHLIO, tunc Prosectori, nunc Chirurgo primario legionis pedestris de NIESE-

MEV-

MEVSCHEL, in diffecandis corporibus vires meas denuo exercui, a quo simul quoque Splanchnologiam, operationes insituendi rationem, et methodum apte instrumenta applicandi, propositam accepi. Artem vero obfetriciam, tam theoreticam, quam practicam, Dr. WEISSIO, magistro scholae obfetriciae, quae Dresdae floret, debo. Quum vero, venia exoptatissima a superioribus meis impetrata, per unum adhuc annum Dresdae versarer, easdem praelectiones sicut et artem obfetriciam denuo repetiri. Undecim annis praeterlapsis, cum laude an. 1793 a legione dimisus, ab Illustrissimo Comite ab EINSIEDEL vocatus, tentamineque a Collegio Sanitatis mecum instituto feliciter superato, Reibersdorffiam prope Zittauiam me contuli, ibique per duos annos Chirurgiam et Artem obfetriciam exercui. Ad studia academicia hae ratione præparatus, an. 1795 Vitebergam petui, atque ab Ill. HOMMELIO, tunc temporis Rectore Magnifico, ciuium academicorum Albo insertus sum. Ex quo inde tempore, scholas tam philosophicas, quam medicas, Doctorum Clarissimorum maximo cum fructu frequentavi. Logicam a Praecl. M. ROSENHAHNIO, historiamque naturalem ab Excell. TITIO percepit; Anatomiam vero, Physiologiam, Pathologiam, Botanicam, aequa ac Medicinam forensem et Chemiam, Exper. TITIVS, Therapiam autem generalem cum Materia medica coniunctam, Exper. BOEHMERVS, Senior Academiae Venerandus, mihi tradiderunt. Omnibus autem his Praeceptoribus de me meritissimi summaque pietate colendis, obstrictissimas decentissimasque ago gratias, iisque gratum beneficiorumque memorem animum per totam

b

vitam

*vitam sancte polliceor. Nunc vero Examine, quod pro Candidatura vocatur, fortunante Deo, ante paucos menses, peracto, veniam quoque, summos in arte medica decenter ambiendi honores, impetravi, quod, ut etiam feliciter succedat, vehementer opto.*

Omninoque iure suo, Candidatus noster, votis cōpos fiet, cum, optime in vtraque medicina praeparatus, nostram adierit Academiam. Per plures enim annos et inter milites et inter ciues, chirurgiam cum medicina interna arctissime coniunctam, felicissime exercuit, atque per integrum annum, quo apud nos verfatus est, scholas medicas eximio feroore frequentauit. Hinc non fieri non potuit, quin in examine, mense Nouembre an. praet. Ordinis nostri plausum ferret; hinc etiam iam diligentiae praemia, Doctoris Medicinae vtriusque honores, propediem capturus est. Solennitati huic destinauimus diem 22 Martii, quo sub Praesidio Viri Magnifici, Experientissimi, Doct. GEORGII RVDOLPHI BOEHMERI, Therap. Prof. Ordin. Facult. Nostrae vt totius Academiae Senioris Venerandi, et in praefens Rectoris Magnifici, Dissertationem: *De Taxo baccata*, publice cum aduerlaris ventilaturus est; cui actui vt ILLVSTRISSIMI COMITES, PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, COMMILITONES GENEROSISSIMI, NOBILISSIMI, ET QVICVNQUE rebus et institutis nostris bene cupiunt, praesentia atque frequentia fauere velint, in primis habemus votis. P. P. Dom. Palmarum 1796.

---

VITE BERGAE

PRELO CHRISTIANI PHILIPPI MELTZERI.

Wittenberg, Diss., Ergbd. 7, 1792-96

vol 18

f

ULB Halle  
004 335 651

3




86.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-662667-p0014-4

DFG



17/18  
19

D. SALOMO CONSTANTINVS  
T I T I V S

ANATOM. ET BOTAN. PROFESS. PVBL. ORDINARIUS  
COLLEGII MEDICORVM WITTEBERGENSIS

H. T.

D E C A N V S

A D

A C T V M I N A V G V R A L E M

A

F R I D E R I C O A V G V S T O K L V N C K E R ,

L V S A T O ,

A. D. 22 MARTII 1796

H. L. Q. C.

H A B E N D V M

P V B L I C E I N V I T A T .

---

Quonodo concretiones biliofas per alum pellere  
conueniat, exemplo illustratur.

S E C T. III.

89